

ben, li manda ducati 10 milia. *Item*, in concistorio fo conferito lo episcopà di Nivers in . . . e lo episcopo di Cette, qual andò con Valentinoes in Franzà, dà de intrada ducati tre milia.

*Copia di una lettera del cardinal Gurcense, scritta a la Signoria nostra. In principio era: Illustrissimo principi, et excellentissimo domino colendissimo, domino duci Venetiarum.*

Illustrissime ac excellentissime domine, domine dux etc. Accepimus litteras excellentiae vestrae per magnificum ejus oratorem dominum Paulum Cappello nobis exhibitas, et auditis quae ipsius excellentiae vestrae nomine eloquentissime nobis exposuit, mira quidem animi hilaritate exultavimus ob præcipuum excellentiae vestrae et illius senatus veneto . . . debet, quod universis christianæ religionis principibus (quandoquidem ob fidei ac sanctæ ecclesiae protectionem et defensionem supra viginti annos contra infideles turcas bellum suis dumtaxat viribus et impensa gessit acerimum, eorumque impetus feroce ac immanissimam crudelitatem a christianorum finibus propulsavit, et utinam cæteri christiani principes se illi socios adjunxissent, non enim, proh dolor! christianum nomen tantopere defecisset), sive ut particularis prælatus, quem tot honoribus, beneficiis ac donis, dum ex Germania ad urbem per ejus dominia nobis iter esset, tam liberaliter tamque munifice maxima humanitate ac charitate affectit, nos eidem in tantum obnoxios esse cognoscimus, ut neminem esse profecto confitemur, qui majori benignitate cumulatisque officiis nos sibi devinxerit. Volumus ipsam excellentiam vestram pro comperto habere, id sibi de cardinali Gurensi polliceri posse quod de deditissimo quoque senatus istius fidelissimoque alumno; tantorum enim beneficiorum immemores numquam erimus aut ingrati. Quibus accedit pariter plurimorum oratorum ejusdem senatus, et in Germania superioribus annis, et in Gallia anno elapso, ac in urbe saepius, incredibilis quædam erga nos affectio, et in exhibendis honoribus, nec non conservandæ amplificandæque dignitatis nostræ studium singulare; pro quibus quantum excellentiae vestrae ipsique senatus debeamus, magnificus dominus Hieronimus Donatus, qui oratorio munere summa cum laude ac gloria supra quam dici liceat hic in urbe functus est novissime, nobis poterit testis esse locupletissimus, accedente pariter domini Pauli præfati, cum quo plurima contulimus, amplissimo testimonio. Quod tamen reipsa nos magis magisque, ubi expedire

cognoverimus, comprobare conabimur; cupimusque mirum in modum ut excellentia vestra sèpè numero de nobis periculum faciat, quo nihil gracie aut acceptius ob eadem nobis prestari poterit. Nam licet inter nostri cæteros ordinis, tenuitate ac rerum affluentia minimum locum nos hahere non 331 diffiteamur, id tamen dicere non formidamus, neminem forte esse, qui animi magnitudine nos supereret. Omnia, quæ in nobis erunt, pro excellentia vestra ac ipsius senatus commodis, dignitate ac sublimitate intrepide ac indefesse effundemus. Quæ omnia, etsi pauca fuerint, apostolorum exemplo iudicabimur, qui Christum secuti, retibus et navicula parvaque piscatoria relicta supelletili, omnia reliquisse dicuntur, quia quidquid habuerunt reliquerunt, quantumcumque modicum esset. Tales et nos exhibebimus, omnia effundentes pro excellentia vestra pafatoque senatu, cui nos summopere iterum atque iterum commendamus, ac felicissime valeat optamus.

Romæ, 17 Junij 1499.

*Subscriptio.* Illustrissimæ D. V. deditissimus amicus et frater cardinalis Gurensis.

*A tergo.* Illustrissimo ac excellentissimo domino domino Augustino Barbarico Venetiarum etc. duci inclito. Et non fu leta in collegio.

*Da Milan, di l' orator, di 20.* Come li oratori dil re di Franzà, vien qui, li scrisse voleano andar per acqua, ma dubitava di Mantoa e Ferrara, dimandava consejo quello doveseno far. Li rispose che il ducha di Milan voleva andarli contra a trovarli a Pavia, per poterli parlar; et che lui orator andò fino a Mortara mia 25 da Milan per parlarli et honrarli; e zonto che 'l fu, have lettere da Casal che ditti oratori erano montati in nave e venivano per Po, et ritornato a Milan, intende il ducha non anderà a parlarli come volea.

*Da Crema, di sier Hironimo Lion el cavalier podestà e capitano, di 22.* In risposta di una lettera li fo scritto per la Signoria dovesse honorar dicti oratori venendo li, avisa quelli venir per aqua; si che non verano lì.

È da saper, ozi zonse in questa terra el corpo di Zorzi Dragam, qual per una nave grande ebbe gran fama in mar, e morite a Puola facendo conzar per la Signoria nostra le barze, et cadete di la nave andando ordinando le cosse, et il zorno seguente fu sepulto in la chiesa di la Caritade.

A di 25 zugno. Fo il zorno di la apparition di San Marco, nel qual fu fato procession, et il principe fu a messa in chiesa con li oratori et patrizii, et poi